

cialiter vocati et rogati; tenore presentis scripti puplici declaramus, adque (*sic*) fatemur. Quod Dilecta muliere, filia quondam Ursonis de nauradino, Relicta qd. Guillelmi f. vindemii. dompno Andrea de manto et dompno Petro de maraldicio, procuratoribus Maioris Ecclesie Sante Marie de Barolo Barolitanis civibus. In nostri presentia constitutis, dicta quidem Mulier a nobis legaliter inquisita *etc.* consensu qd. Andree lignoli, dati sibi Mundualdi a curia, pro eo quod legitimo mundualdo carebat, voluntarie donavit et per fustem tradidit pro anima sua et parentum suorum, predictis dompno Andrea, et dompno Petro recipientibus nomine et pro parte dicte Ecclesie domum unam suam, quam ipsa habet, intus in civitate Baroli, in pictagio Marcicani, cum gayfo adherenti eidem domui, ante eam ex parte occidentis, a medio pariete iuxta furnum curie, a media strictola iuxta domum dompne perne. iuxta viam puplicam et murum Cimiterii Ecclesie santi petri, et a media strictola iuxta domum Granate mulieris et casile santi Nicolai de palude, ex qua sua donacione tradicionem nichil aliud petens ab eis pro parte dicte ecclesie preces missas et orationes ad deum, Reservato sibi et Angelillo, ac Iohannelle filiis dompni Iohannis citi filii sui nepotimus (*sic*) mulieris eiusdem, ac ipsorum filiis et heredibus legitimis, ex ipsorum corporibus descendentibus usufructu domus eiusdem dum vixerint. Ita tamen, ut ipsa mulier, et dicti Angelillus et Iohannella, ac heredes predicti, teneantur dare anno quolibet dum vixerint census nomine, eidem Maiori Ecclesie in die videlicet santo Resurrectionis dominice, libram unam cere. Si vero dicti Angelillus et Iohannella sine liberis decederent predicta domus ad proprietatem et dominium predictae Ecclesie, deveniat pleno iure, sic enim inter eos de predictis omnibus, convenientie pacto stetit. Quatinus a presenti predicti procuratores *etc.* Unde ad futuram memoriam *etc.* facta sunt duo consimilia puplica Instrumenta, per manus mei predicti